ad seruādum **R**ui. xxiiij. **C**uius
fortitudo est sic innocētis (ser
ua eos) custodiendo in bono et b̄
(in nomine tuo) hoc est in noti
cia tua vt p̄dicādo hanc p̄sperē
tur **P**s. **C**ōserua me dñe quomi
am speāui in te **Y**sa. xlix. **I**n um
bra man? sue p̄texit me **S**ap̄. iij.
Justoz anime in manu dei sunt
et nō tāget illos tor. ma. (q̄s de
disti michi) p̄ fundamētis ecclē
p̄ eos fundande. **P**s. **F**undamē
ta eius in mōtib? s̄ctis. **S**i em̄
fundamēta stererētur totū ruet
Lu. xxij. **E**go rogauī p̄ te vt non
deficiat fides tua. (vt sint vnū)
vnitate fidei concordie et pacis et di
lectōis et doctrine **D**e vnitate fidei
Eph̄. iij. vn? dñs vna fides vnū
baptisma. **D**e concordia **C**ant. vi.
vna est columba mea **D**e vnita
te pacis. **P**s. **I**n pace in idip̄sū.
De vnitate dilectōis **A**ctu. iij.
Multitudinis credēcium erat cor
vnū et ai vna **D**e vnitate doctrine
P. **C**or. p̄. **I**dip̄sū dicatis ōnes
et nō sint in vobis scismata. **O**m

nia hec in s̄ctis facit vnitas spi
ritus **E**ph̄. iij. **S**ollicite seruaē
vnitate spirit? in vinculo pacis
sic ergo: sint vnuz: (sicut et nos)
sic similitudinē notat nō eq̄lita
tem. qz sic dicit **H**ylari? pat̄ et fi
lius vnitate habent substācie et
consonācie voluntatis. s̄ apostoli
nō p̄nt esse vnū nisi p̄sonan
ciā p̄. **C**or. vi. **Q**ui adheret deo
vn? spiritus ē. vel dicat q̄ pater
et filius et spiritus sc̄s nō tm vnū
sunt substācialit̄ et consonāciā
volūtatis. s̄ etiā sunt quadaz na
tura vnū s̄m q̄ natura dicit ex q̄
pullulat pullulās. sic em̄ sūt vnū
in virtute seminati verbi vt illō
pullulet in cordibus audiēcium
ap̄los et in hac virtute vnū tur
eis apostoli qui ad idē seminādo
opantur sic dicit p̄. **C**or. iij. qui
plātat et qui rigat vnū sunt **F**or
te iste ē intellect? lr̄alis sicut dicit
tur rustici opus vinri et vnū fieri
cū virtute nature semis qm̄ ope
rusticano semē germinat p̄. **C**or.
iij. **A**diutores xp̄i sum? dei agri
cultura estis (Cū eē ap̄s eos)
hic incipit ps̄ que est de dep̄ca
one in p̄seruādo a malo. habet
autē tres p̄tes. i. quaz p̄ma ora
ciōnis istū tangit necitatem. **I**n
secūda autē obsecracōis modū et
utilitatē ibi: **N**ō rogo vt tollas
eos de mundo: **I**n tercia autē sb̄
iungit exaudiōis oportunitatez
et cōgruitatem ibi: **S**icut tu me

missi in mundū: p̄ma vero h̄az
s̄m duas dep̄candi nec̄itates **I**n
duas diuidit̄ d̄as. vna ē qz ne
cesse est eos seruari a malo q̄ suo
exteriori desolant̄ seruato ē. alia
est qz nec̄e est seruari eos q̄s mū
d̄ p̄sēq̄tur a h̄ec inc̄ipit̄ ibi: ego
dedi eis sermōez tuū q̄c. **I**n p̄na
h̄az dicit̄ duo in quoz p̄mo dicit̄
q̄tūm diligēf̄ custodiuit̄ apo
stolos a credētes q̄d̄iū fuit̄ cum
eis in corpali p̄n̄cia. **I**n secundo
ōndit̄ qualif̄ recedēs ab eis indi
gēt̄ p̄ris sapiēcia a custodia ibi:
Nūc̄ at̄ ad te v̄io **I**n p̄mo dicit̄
tria. scz̄ circa custodia ostēdit̄ di
ligēciam a pietatē. circa serua cō
nem fidelitatē. circa custodiē a ser
uacōnis effectū ōndit̄ p̄fectū ip̄o
rū. dicit̄ ergo: **C**um eēm cū eis: p̄
sencia corpali mortali (ego) ōm̄
diligēcia (seruabā eos) **C**auens
eos a malo a a sc̄adal̄ q̄tūm p̄
statu animalitatis eoz a infirmita
tis sufficiebat **A**p̄c̄. iij. quia ser
uasti verbū paciēcie mee ego ser
uabo te ab hora tēptacōis hoc pe
tim? **M**at̄. vi. **E**t ne nos iducas
in tēptacōez. s̄ libera nos a ma
lo **I**do **M**at̄. xxiij. **C**ōpatur gal
line que infirmat̄ ad effectuz̄ cu
stodie pulloz q̄ se piculis expoīt̄
p̄ pullis q̄ alis pullos colligit̄ a
p̄tegit̄ **Q**uod̄ēs voluī a gregare
filios tuos quēadmodū gallina
congregat̄ pullos sub alis a no
luisti (in noīe tuo) **E**cce pietas

custodie. in noīe em̄ p̄ris serua
re est noticiā nomis d̄im q̄ pat̄
est in eis custodire. h̄ac autē fili
us in eius verbis pl̄tauit̄ a miā
culis cōfirmavit̄ vt̄ firmiter ser
uaretur. **A**b hac seruacōe fuorū
didit̄ saluator̄ qz saluat̄ a pericu
lo a seruat̄ ne in piculuz̄ inc̄dāt̄
Psal̄. **C**ustodi me d̄ne vt̄ pupil
lam oculi sub vmbra alaruz̄ tua
rum p̄tege me. **I**saiē. xlix. **S**ub
vmbra man̄ sue p̄tegit̄ me hoc ē
in refrigerio sue p̄teccōis siue ser
uacōnis. **C**ant̄. ij. **S**ub vmbra
illius quē desiderauerā sedi a fru
ctus illius dulcis guttur̄ meo.
(Quos dedisti michi) tangit̄ cu
stodie fidelitatem. **E**t ideo quos
dedisti michi homini in me credē
tes (custodiui) fideliter tāq̄ depo
sitū apud me thesaur̄. p̄s. **E**cce
nō dormitabit̄ neqz dormiet̄ qui
custodit̄ israhel. est autē seruacō
a malo. custodia autē in bono
cepto ne elab̄at̄. iij. **R**eguz̄. xx.
Ideo dicit̄ ad prelatos quibus
suos committit̄ **C**ustodi virum
istum. quia si elapsus fuerit de
manibus tuis erit anima tua p̄
anima illius **C**ustodit̄ enim su
os per seipsum. **J**ob septimo. **O**
custos hominuz̄ quare me posui
sti contrarium tibi a factus sum
michimetip̄si grauis? **C**ustodit̄
per angelos **V**isayē. lxij. **S**uper
muros tuos constitui custodes
tota die ac nocte non tacebunt.

Custodit p̄ p̄cepta legis **Provi-**
iii. Custodi legem meam et custo-
diet te dilige eam et seruabit te.
custodit nos p̄ nos̄ip̄os. **ij. p̄f-**
vlf. Custodite uosmetip̄os ne i-
sapienciā errōe seducti ex̄idatis
a p̄p̄a firmitate (Et nemo ex eis
perijt) tangit hic effectus et p̄fectu
p̄fuisse custodiā et seruacōez. q̄z
nemo ex eis datus michi a te pe-
rijt (michi filius perdicōnis) sc̄z iu-
das de quo dicit math̄. **xxvij. q̄**
abijt et laqueo se suspēdit **Actu.**
p̄mo suspensus crepuit medius
et diffusa sūt om̄ia viscera eius. h̄
autē dicit filius perdicōnis. q̄z p̄
p̄ria uoluntate formauit se i for-
mā perdicōis p̄ perdicōem et seip̄m
p̄didit p̄ desperacōem de eo p̄sci-
tam (ut scriptura impleat) nō
notatur p̄ diuicōez causa final̄
sicut sepe dictū est. h̄ adiunctiua
p̄sciencie q̄ in ip̄s̄ signat ad eue-
tuni sequētem ex im̄q̄ et p̄pria iu-
de uoluntate et dyaboli suasionē
Scriptura autē h̄c ē in p̄s̄. **De-**
us laudem meā ne taceris **Fiāt**
dies ei? pauci et ep̄atū ei? accipi-
at alter. sic dixit petrus **Actu. p̄.**
Sed obiāt de hoc q̄d dicit **Jo-**
vi. multi discipulor̄ abierunt re-
tro. h̄ ad hoc dicendū ē q̄ nullus
retro abijt finaliter qui ex p̄de-
stimacōe p̄ris filio datus fuit. h̄
est ergo q̄d dicit (Nunc autē ad te
uenio) **Est** autē racō quā hic po-
nit sumpta ex destitucōe custo-

die quā habuerit in mem̄ie au-
tē: imminēte iam passiōe: ad te
uenio: p̄ resurrectōez et ascēsiōez
et triūphuz et reduco ad te quos
p̄didisti in p̄mo p̄ntē. p̄s̄. **Ascē-**
dens in altū captiuā duxit capti-
uitatē dedit dona hominib̄. (Et h̄
loquor) ad consolacōez ipsorū (in
mūdo) in quo adhuc sū p̄ corpo-
ralem mōrilitatē huius p̄nciaz (ut
habeant gaudiū meuz) p̄t q̄d
ego paciar **Job. xij.** p̄posito si-
bi gaudio sustinuit crucē (imple-
tum) quo ad effectū uerfionis
redemptor̄ (in semetip̄s) hoc ē
in fructu perdicōis eor̄ **Ego** dedi
eis et secūda est racō sūpta ex p̄-
secucōe qua p̄secut̄ est eos mū-
dus. **Dicit** autē duo sc̄z causaz p̄-
secucōis et eā quā ad mundū ha-
bent dissimilitudinē. **De** p̄mo di-
cit (Ego dedi eis sermonē tuum)
et hoc est eis causa persecucōis
Job. xxix. **Stallabat** super eos
eloquiū meū. sermo autē iste da-
tus est eis ut thesaurus fidei de-
posito custodiēd̄. **puer̄. iij.** **Cu-**
stodi eloq̄a mea i medio cordis
tui vita em̄ sunt custodiētib̄. ea
q̄z ergo: dedi eis sermonē tuum:
ideo statim (et mundus eos odio ha-
buit). **ij. Thi. iij.** **Oēs** qui pie ui-
uere uolūt in xp̄o p̄secucōem pa-
cientur. sermonē em̄ tuum p̄seq̄-
tur mundus plus q̄ eos **Luc. vi.**
Beati eritis cū uos oderit hoies
et aui sepauerit uos et exprobi-

(qz nō sunt de mūdo) a hoc sūmo
tu? efficit qz se a mūdo qui ī ma
ligno positus est sepauerūt **Jo.
xv.** Si de mūdo fuissetis mū
d? qd suum erat diligerz. h? qz nō
estis de mūdo ideo odit vos mū
d? Nec est strariū quod an dcm
est quos dedisti michi de mūdo
qz hinc inde aliter a alit sumitur
mūd? pmo qn eos de mūdo crī
sto dedit tūc eos a mūdo separa
uit **Rō. p.** Segregatus in euan
geliū dei qd ante pmiserat p scū
ptuās sctas. segregatus ei nō
esset nisi a mūdo sepatus esset
Gal. pmo. qui me segregauit ex
vtero matris mee a vocauit p grāz
suā. hoc est a mūdi concupia sepa
uit (sic a ego nō sum de mūdo)
sicut nō dicit omnino est eq̄litas
signū qz xps natus ē segregat?
ita qz nūq̄ fuit de h? mūdo Apli
aūt p sacrm regnācōis sūt segre
gati ita qz aliqui de hoc mūdo fu
erūt Tales ergo qz custode sunt
destituti sū corpalem pnciam a
sunt in psecucōe mūdi sunt a te
seruādi. **p̄s.** Tibi em derelict? ē
pauper pupillo tu eris adiutor.
Joh. vij. Nō pōt mūd? odisse
vos me autē odit. qz ego testio
niū phibeo de illo qz opa illi? ma
la sūt (Nō rogo) hoc ē forma pe
tucōis simul a utilitas. Forma at
petucōis siue obsecracōis a utili
tas tangit in duob? scz in p̄sua
cōe a malo in affectu a a p̄serua

ciōne a malo in intellectu De pri
mo dicit duo. ostendit em pmo
utilitatē a subinfert obsecracōez
dicit ergo: Non rogo (vt tollas
eos de mūdo) sicut tulisti enoch
a nō inueniebat qz tulit illuz de
us a sicut tulisti helyā. **Regū
ij.** Ascēdit helyas per turbīnē in
celum **2ap. iij.** Raptus est ne
malicia mutaret intellectum illi
us. hoc ego modo nō rogo vt tol
las eos de mūdo. qz hoc nō eēt
vtile cum ipsi sint tanq̄ semē fu
ture ecclesie. qz sicut dicit **Eccā.
xliij.** Qui de illis nati sunt reliq̄
runt nomē narrādi laudes eoruz
Ysa. lx. Semen plantacōis mee
opus man? mee ad glouificand
minim? erit in mille a puul? i gē
tem robustissimā **Ysa. iij.** Erit
germen dñi in magnificēcia et
gloria a fruct? terre sublimis (h?
vt serues eos) p grāciā p̄uenien
tem a subsequētem (a malo) p̄cā
ne inādat illud in affectū qd af
fectum eoruz puertat **Deut. xxxij.**
**Circūduxit eum a dicit a custo
diuit q̄si pupillā oculi sui 2ap.
deāo.** Custodiuit illuz ab inim
cis suis a a seductorib? tutauit
illum ac. a sciz quoniam omni
melior ē sapia. bñ autem dico qz
serues eos a malo qz h? cōgruū ē
qz (de mūdo) maligno (nō sūt)
sagregāte eos amore tuo de mū
do. **Galathas sexto** Michi mun
dus crucifixus est a ego mūdo.

(sicut et ego) p similitudinē non
per eq̄litate p naturam et assumē
tem et assumptam (Nō sū de mū
do) maligno **Joh. iij.** Qui de tra
est de terra loq̄tur qui de celo ve
nit sup oēs ē **Joh. xvij.** Regnū
meū non ē de hoc mūdo (Sāctifi
ca eos) for̄ obsecracois est q̄tū
ad p̄seruacōez ab erroē i intelle
ctu et hoc est qd̄ dicit sanctifica h̄
est confirmatio eos (i veritate) doctri
ne et vite et fidei et iudicij. qz tunc
error in eis locū nō habebit p̄s.
Cōfirma hoc de? quod opatus
es in nobis vel **Sāctifica** hoc est
emūda corda eorū ut videant ve
ritatē. qz sanctificatio mūdacio ē
Math. v. Beati mūdo corde qm̄
ip̄si deū videbunt **Sic** ergo pur
gatis errorū tenebris in veritate
sanctificant̄ prima. **Cōz. p̄mo.**
Factus est nobis sanctificacō et
iusticia et redempcio **De** veritate
que ē reditudo sola mēte p̄cepti
bilis dicit in p̄s. p̄ncipiūz verbo
rū tuorū veritas. verbū em̄ dei ē
p̄ncipiūz om̄is veritatis cui quic
qd̄ mensurat̄ verum ē pro certo
et falsitatis et erroris argui nō po
test vnde qui se eloquio dei mē
surauit dixit. **psaie. xxxviii.** Obse
cro dñe memēto quomō ambu
lauerim corā te in veritate et i cor
de p̄fecto et qd̄ bonū est in oculis
tuis fecerim sic ergo sāctifica eos
in veritate (**Sermo** em̄ tu? veri
tas est) q̄ ē reditudo cordis tui

que p̄ma est reditudo q̄ curua es
se nō potest et ideo confirmatus in
illo nullo erroē deflectit **p̄u. viij.**
Iusti sunt om̄es sermones mei et
nō est in eis prauū quid atqz per
uersū **Sicut** ei dicit **Crisostom?**
Recta dogmata sanctificāt aiām
(**Sic** tu me misisti) hic dat du
as racōes exaudiēde oracōis vnā
quidē sumptā ab apl̄is et aliam
sumptā ab opere redēptoris **Ex**
pte autem ap̄loz est ista **Quia**
sicut tu me misisti (in mūdū) ad
reducendū ad te mūdū et sancti
ficandū **Joh. iij.** **Sic** de? dilexit
mūdū ut filiū suū v̄nigenitū
daret ut om̄is qui n̄c **Gal. iij.**
Misit deus filiū suū in mūdū ut
eos qui erant sub lege n̄c (rege
eos) ad idem officiū vt vicarios
meos (nisi in mūdū) ad mūdūz
duertēdū **Math. x.** **Eccc** ego mit
to vos n̄c **Luce. x.** **Ite** ecce ego
mitto vos **Marc. vltimo.** ite in
mūdū v̄niuersū p̄dicare euāge
liū om̄i creature. hoc ē ergo p̄ma
racō exaudiēdis. qz ad vtile et pe
riculosum eis in corpe mittunt̄
et iō d̄ma indigēt custodia (**Et**
ego p̄ eis sāctifico me ip̄sū) p̄az
est em̄ qd̄ dicit **Sāctifico** cū tamē
idē sit sensus. dicit em̄ **Crisosto**
m? qz sicut antiquit? offerebāt
sacrificia ad eoz sanctificacōem
pro quib? offerebant̄ ita etiam
xp̄us obtulit se ut sanctificaret
suos et in hoc sanctificauit se pro

Ecce quod bonum et quod iocundum habita
re fratres in unum. sic ergo in nob
viventibus omnes unum sint. ps. In
veniēdo populos in unum. qd (vt
mundus totus credat) uersus p
dicatione eorum (qz tu me misisti)
sic enim omnes unum erunt. **Iob. xi.**
Ihesus mortuus erat p gente
et non tū p gente svt filios dei q
dispersi erant congregat in unum
Per hoc enim q eundem omnes me p
dicant tēū et nō diuiduntur scil
matibus a seipsis mundus accipit
fidei veritatis fidei. qz nō discors
sum a te: sed qz tu misisti me: vt
claritate nominis quo pat es mū
do manifestare. **ps.** Nō nobis
dñe nō nobis qd. hāc vinitate p
fessus ē paulus. **ij. Cor. xij.** Nōne
eodem spū ambulauim? Nonne
eis dē vestigijs? **V**ed obiāt qd i
diget xps qz ita deuote et instans
erat pro pdestinatis cū ipse dicat
Iob. x. Non recipiet eos qsqz de
manu mea ego et pater unum su
m? **V**ed ad hoc iam dudum re
spōsum ē ex dictis **Aug.** et **Gre
gorij** qz ita pdestinatum est qz pde
stinatio qd tum ad effectum orōe
xpi et scōz adiuet (et ego claita
tem) hic tāgitur exaudicōis ra
tio et dicuntur hic duo sū duas
racōnes. vna est qz claritate quā
filius mūdo exhibuit et quā a pa
tre accepit ap̄lis dedit et iō exau
diri debz p eis. secūda autē sumi
tur a fructu exaudicōis. qz ex hoc

edificabit mundus ad fidem **Cl**
aritas aut quā filius accepit a pa
tre et dedit ap̄stolis et est in mei
to et p̄mio **I**n merito quidē ē tri
plex scz ptatis ad miracula faciē
da quibus inducātur homines ad
fidem sapiēcie ad documēta quibus
veritas fidei explicatur et firmet
p̄. **Cor. p.** **J**udei signa petunt et
greci sapiēciam querūt **E**t claita
tem ptatis dedit **Luce. ix.** **D**edit
eis ptatem sup omnia demonia et
vt languores curaret et p hoc ha
bent pticipacōez claritatis dñe
et iō. **ij. Cor. iij.** dicit ap̄s i apo
stolis et ministris noui testamē
ti eē hāc claritatez pl? qz in moy
se in quo claritas vultus apparu
it **Exod. xxxij.** sic dices **Q**z si mi
nistratio mortis lris deformata i
lapidibus fuit in glā ita vt nō pos
sent intēdere filij israhel in faciēz
moysi ppter gloriā vultus eius
q euacuat quō non magis mini
steriū spūs erit in glā. **N**ā si mi
nisteriū damnacōis in glā ē ml
tomagis abundat ministeriū iu
sticie in gloria **N**āz nec clarifica
tur qd claruit in hac ppter excel
lentē gloriā **E**x hoc patz qz sicut
deus clarificauit moysen dādo
sibi ptatem in ministerio veteis
testamenti qd est ministeriū dā
nacōis et lre qz multomagis clai
ficauerit xps dādo ap̄stol̄ eis
ptatem in ministerio noui testa
menti qd est ministeriū spiritus

et gratia quod nulla est claritas moysi
si comparata ad excellentem gloriam apostolorum.
Et de splendore huius potestatis parum infra nos omnes reuelata
facie gloriam domini speculariter in eadem
demum ymaginem transformamur tamquam
quod a claritate in claritatem tamquam
a dei spiritu et haec est claritas potestatis.
Est autem claritas sapientie de qua dicitur
Papa. vi. Clara est et non quae marcescat sapientia quam dedit
eis ad defensionem veritatis. **Luce. xxi.** Dabo vobis os et sapientiam
cui non poterit resistere et contra omnia aduersaria
viri. Est tertia claritas in splendore virtutis in opere. **Iudicium. v.** Qui diligunt te sicut sol in ortu suo
ita rutilent. sequitur autem istas claritates claritas
immortalitatis in primo et hanc tangit gloria.
per. **Cor. xv.** alia claritas solis alia lune alia claritas stellarum sic erit
resurrectio mortuorum. De his ergo omnibus dicit loquens Christus
Et ego ac si dicat. Congruum est auidiri me per
eis orantem quia et ego dedi eis tamquam
nouum testamenti ministris claritatem potestatis
in signis et sapientie in documentis in veritatis
confirmacione et virtutis in operis splendore
et has claritates dedi in re in spe autem dedi claritatem
immortalitatis in futura beatitudine ubi in
dispari claritate erit par gaudium (quam dedi
tibi dedi eis) dicit michi homini quia per
vniuersum dedi tibi potestatem

claritatis per sapientie et virtutis implecionem
dedisti in claritate sapientie et virtutis. **vn Criso.** dicit
Claritatem vocat eam que est per signa
et que est per documenta. et sic dicit **Job. xii.**
Et clarificauit et iterum clarificabo. **Qz** enim dicit clarificauit
intelligit quod Christum in se glorificauit.
Qz autem dicit iterum clarificabo intelligit quod
in apostolis iterum clarificabit (vt sint vnus). **Ex**
enim istius claritatis a filio receptione vnus
sunt in spiritu inter se et ad Christum cuius
spiritus has in eis operatur claritates sic. **iii. Re. ii.**
Requieuit spiritus helye super helyzauz et in illo
spiritu vnus sunt cum filio et patre qui operantur
in eis et nexu vniuersum illarum claritatum et
spiritus (sic et nos) pater et filius in nexu eius
dei spiritus (vnum sumus) et tangit modum
istius vniuersum dicens (ego in eis) per claritatis
spiritum (et tu in me) et per consequens etiam
tu in eis per eundem claritatis operatum spiritum.
(vt sic sint consummati in vnus) quia tibi per
spiritum potestatis et veritatis et bonitatis vniuersum.
quia in te est consummata omnis reductio vniuersum
tatis. **vn Cris.** haec est magna gloria vt sint vnus
et in signis maior gloria est. sic enim et deum
amiramus qui non est contentio atque discordia
apud naturam illam et maxima est gloria ita
huius hinc efficiuntur clari. **Can. vi.** vna est
cor meum pfecta mea pro enim et filii
veniunt et mansionem apud eum

faciunt sicut dicit **Joh. xiiij.** Si
aut palmes manet in vite patris
grae et sapientie sicut trabes. et si
aut dicit **Joh. xiiij.** Pater in me
manens ipse facit opera. ita pater in
filio in eis manens ipse opera facit
et sic perficitur unitas dei et eorum
et descendit unguentum a capite in
barbam et in vestimentum in omni ve
stimenti. **Col. iij.** Ante omnia mu
tuam in vobis caritatem habentes quod
est vinculum perfectionis (ut agno
scat mundus) hic est fructus huius
date claritatis. quia per hanc clari
tatem data ipsi rogo te: ut agno
scat mundus: hoc est omnis homo.
quia propter illum mundus factus est **Mar.**
vlti. predicare euangelium omni crea
ture **Eph. iij.** Michi autem omnium san
ctorum minimo data est gratia haec pre
dicare in gentibus inuestigabiles
divinitas christi et illuminare omnes san
ctos qui sunt dispensatio sacramenti
absconditi a seculis in deo et sic cla
ritas data eis omnes illuminat et sic
cognoscat mundus (quia tu me misisti
sti) et quia ego a te missus eandem
claritatem a te accepi nec in prin
cipe demoniorum aliquid operatus sum
et sic spiritus claritatis arguet mun
dum de peccato infidelitatis (et) ite
rum mundus cognoscat quia tu (dilexi
sti eos) **Fundetur** in eos claritatis
spiritus (sic et me dilexisti) hoc est ad
quod me dilexisti hoc est ad mun
di illuminationem. sic me misisti ve
ram lucem que illuminat omnes homines

nem venientem in hunc mundum
Sap. vii. per nationes in animas
sanctas se transfert amicos dei et per
phetas constituit neminem diligit
deus nisi qui cum sapientia inhabitat.
hoc est ergo quod dicit (Pater quod
dedisti michi) hic in ultia istius
capituli parte suis in gloria petit christus
beatitudinem siue beatificationem. et tan
guntur hic duo scilicet petitio orationis
et ratio exauditionis ibi: pater iu
ste mundus te non cognovit. **In** pri
mo horum dicitur quia quod scilicet que ro
gat: pro quibus rogat. quid. qua
liter et horum causa. **De** primo dicit
Pater cuius nomen dulciter invocatur
cum fiducia impetrandi nominatim
deote requirit. **De** primo per petrum
et iacobum gustastis quem dulciter est
dominus **De** secundo **Luxi.** si vos cum
fistis mali nostis bona data dare
filiis vestris: quanto magis pater ve
ster de caelis dabit spiritum bonum pe
tentibus se **De** tercio dicit **Ysaie**
lxiiij. **Nunc** domine pater noster es tu
nos vero lutum et tu fictor noster et
opera manuum tuarum omnes nos ne
irascaris domine satis: quos dedisti
michi: de thesauro eterne predesti
nationis tue **Joh. xvij.** **Tui** erant et
michi eos dedisti (volo ut ubi
ego sum) in gloria beatitudinis in
equalitate tua secundum deitatem et in po
terioribus hominibus secundum humanitatem
(et illi sint) **Et** quia hoc patet est quia
et mali et miseri sunt ubi sum ego
et ubi cumque sum ideo addit (mecum)

vt notet societas in fruendo. qz b
qz dicit meam notat in xpo prin
palitate. h in iphis notat associa
comis in voluto aformacoem. vn
Aug? - Esse cu illo magnu bonu
est. na miseri ee no pnt mhi vbi
ille est q vbiqz est. bti vero sunt
cum illo q fruendo illi adherent
hoc est ergo petitu. Sed obicit
de hoc quod dicit apostol? - pma
• **Thimo. vlt.** - Lucem inhabitat iac
cessibile. in luce aute inaccessibi
li nulla creatura ee potest ergo n
possunt secū ee vbi ipse e. Ad hoc
aute dicenduz q inaccessibilis e
que soli do est accessibilis q in il
la xps inhabitat sm deitate. no
bis aut iaccessibilis. no simpli
ter inaccessibilis qua xps inha
bitat sm humanitate. qz ipse al
cor om creatura q post hoc btissi
ma virgo. Deinde homines assu
mutur sm choros angeloru q in
hac luce assumit nos secū q ideo i
comuni dicit: **Volo vt vbi sum**
ego q illi sint meū Joh. xij. vbi
sum ego illic sit q minister me?
(vt videant claritate mea. rē) di
cit modū qualis vult vt sint secū
scz vt videat claritatez sue btitu
dinis qua nemo potest videre ni
si gaudeat vt dicit **Aug?** - **Ecā.**
xlij. - Pulchritudine candoris ei
oculus ammirabitur **Apoē. xxi.** a
uitas illa no eget sole q luna vt
luceant in ea. nam claritas dei il
luminabit eaz q lucerna eius ag

mus **Di** queratur qualiter ocul?
sustinebit hanc claritate. Dicen
dum qz hec questio stulta est. spi
ritualis enim oculus non pot cor
rumpi aliqua excellencia clarita
tis corpalis quia gloria immor
talitatis confortabitur ita qz rum
pi non potest **Ecā. xlij.** - **Spēces**
celi gloria stellaz mundū illumi
nās in altissimis dñs **Causā** au
tem ad omia hęc inducentē dicit
(qz dilexisti me) dilectōe eēcia
li q psonali (ate mundi astitucio
nem) q ideo onem claritatem in
me trāsfudisti. ps. **In splendori**
bus sanctorū ex vtero ante lucife
rū genui te. ideo dicit hic candor:
lucis eterne. qz lux de celo patre
resplendet. Deo. p. **Qui** cum sit
splendor glorie q figura substan
cie eius hoc totū ei sibi dedit per
gnacoēz eternā que sicut seipfuz
dilexit (pater iuste) hic tangit
tur racōes peticois. tangūtur au
tē hic qnqz. quoz p mū ē neccitas
ex pte mūdi. secūdu at fons cog
cois ex pte filij dei q p m? illūna
tor est mūdi. terciū est deriuatio
lucis a xpo in aplos orb futuros
illūnatoēs. qrtū at illūnaō ab
aplis i mūdō ppagata. qntū at
ex h dilectō dei ad oēm racōnalē
creaturā onsa. dic ergo p iuste:
hoc qd dico iuste pot ee nomē vlt
aduerbiū. si est nomē tunc legie
fic: pat iuste hoc est qui iust? es.
qz vniūqz retribuis p meritis

Psal. Iust? est dñs ⁊ iusticias dilexit eq̄tatem vidit vult? eius si est aduerbiū tunc dicit racōne quare mund? eum nō cognouit. ⁊ sunt due racōes. vna quāde qz de noticiā p̄cepta gr̄as nō egerūt. **Rō. p.** Qui cū cognouissent deuz nō sicut deum glorificauerūt aut gr̄as egerunt. s; auauerūt in cogitacōib? suis dicētes em̄ se eē sapiētes stulti facti sunt. scūda racō fuit qz hūma cognicōe mundus dignus nō fuit. **Et** hęc indigntas tangitur **Joh. p.** In mūdo erat ⁊ mund? p̄p̄sū factus est ⁊ mūdus eum nō cognouit. hoc est cognoscere noluit. iuste autē factum sic est qz (mūdus te non cognouit) **Et** ideo sic a te pio et magnifico illuminatore mund? illuminari nō debuit ⁊ hęc est necessitas q̄ exposcit vt tu p̄ ap̄los de veritate tua mūdum illumies cognicōe ⁊ ideo seq̄tur de fonte illuminacōis (ego autē cognouite) **Matth. xi.** Nemo nouit filiū nisi pater ⁊ nemo prēm nouit nisi filius ⁊ cū uoluerit filius reuelare ⁊ sic ergo sū noticiē tue fōs in mūdo **Joh. p.** Vmigenit? fili? qui est in sinu pr̄is ip̄enarrauit ⁊ ideo habeo pp̄agare i alios noticiā tuam **Eccl. p.** Fons sapiēcie uerbum pr̄is in excelsis (⁊ hī cognouerūt) **Ecce** causalis luās in eos q̄ dz mūdū illuminaē cōicacō ⁊ hī: me reuelante: cognouerūt:

(qz tu me misisti) vt eē lumen fidei in toto mundo **Lu. ij.** Lumē ad reuelacōem gēciū ⁊ c. **Ysaie. xlix.** Dedi te in lucē gēciū vt sis sal? mea vsq; ad vltimū t̄re (⁊ sic in me (notuz feci eis nomē tuum) sicut nomē paternitatis tue noscūt in me. **Joh. xiiij.** Qui videt me videt ⁊ prēm meū. cognouerūt ergo te me erudiēte. notuz autē factum ē nomē tuum me v̄tute tua opante. p̄ opera em̄ probatur qz tu es in me ⁊ sic inscripsi eis nomē tuū ⁊ confirmauit **Apoc. iij.** Scribam sup eum nomē meum ⁊ nomē ciuitatis noue iherl̄m (Et notū faciā) per spiritū quē a te eis m̄tā vt sic p̄ eos totū mūdū notuz fiat **Qui. vi.** Ipsi inuocabunt nomē meū sup filios isrl̄ ego autē b̄ndicam eis ⁊ sic crescet noticiā nomis tui ex me in eos ⁊ ex eis in totū mūdū **Proūb. iij.** Venita iusti quasi lux splēdens ⁊ cresces vsq; in p̄fectū diem **Aug?** pater dedit filiū mundo in p̄cium redēpcōis. sp̄m̄ sanctum in pignus adopcōis. seipz in hereditatē b̄titudinis. hoc est ergo qd̄ dicit (vt dilectō) que ē causa om̄ium istoz (qua me dilexisti) vt eē p̄cium redēpcōis. **Ysa. lxij.** In dilectōe sua ⁊ indulgēcia sua ipse redemit eos ⁊ portauit ⁊ leuauit cūctis dieb? **Rō. viij.** Eccl̄a pp̄rio filio suo nō peperat de? s; pro nobis oib? tradidit

illū. hęc ergo dilectō (fit in ipſ)
qz ex hac dilectōe omnia faciēt et
sufferēt q̄ p̄tinent ad mūdi illū
nacōez (et ego in ipſis) sic mane
am ne me in hac pte obliuiscāt
p̄. **Joh. iij.** In hęc cognouim?
qm̄ in ipſo manem? et ipse in no
bis qm̄ de spū suo dedit nobis.
sic igit cōpleta est orō dnm̄i.

Capi. **decimū octauū.**
Hec cū dixisset ih̄sus egres
sus ē (et) **D**ic incipit se
cūda ps̄ illi? p̄tis in quā agit de
verbi sanctificacōe. post q̄ vero
sanctificauit verbo erudicōis et
suffragio oracōis tangit sanctifi
cacōez p̄ passionē et sanguinē. di
uidit autē hęc ps̄ in quatuor p
tes. **I**n quarū prima agitur de
xp̄i captiuitate. **I**n secūda de con
demnacōe ibi: **A**dduxerūt eū ad
ānam p̄mū. **I**n terciā autē agit
de sua passione ibi: susceperūt at
ih̄esū. **I**n quarta autē agit de se
pulture et dicōe ibi: **P**t̄ hęc roga
uit pylatū et. **I**n p̄ma h̄arū tria
determinātur sc̄z q̄ p̄dicōsa fuit
captiuitas et q̄ fuit volūtaria ibi
Ih̄s autē sciens que v̄tura erāt
sup̄ eū: tercō tangit q̄ fuit ignōi
mosa et maliciōsa ibi: **C**ohors er
go et tribun? : **I**n p̄ma h̄arū ad
huc duo sūt sc̄z xp̄i aduent? ad
locū cognitū p̄ditori et qualit̄ p̄
ditor v̄mit ad locū illum ibi: **J**u
das ergo et. **I**n p̄mo h̄arū dicit
tria **I**n quorū p̄mo st̄nuat deā

dicēdis dices: **C**ū hęc dixisset ih̄s
sus: ad discipulorū cōfessōez: egres
sus ē: de loco vbi confortabat apo
stolos siue discipulos (triās torrē
tē cedron) locus est quē trāsiuit
et istud est secūduz inter tria sc̄z
loci descriptio in quo capt? fuit.
Attēde autē q̄ sic dicit **A**ug? de
cōcordia euāgelistarū nō st̄nuē
post oracōem exiuit. s̄ p̄cā? ante
facta est cōtencio inter discipulos
quis eorum videretur esse maior
sicut dicit **Lu. xxiij.** sed hęc ioh̄ā
nes p̄terijt qz vidit q̄ lucas hęc
plene posuit. dicit ergo q̄ egres
sus est extra ciuitatem p̄pter tres
causas sc̄z vt nos egressuros de
mundi habitacōe signaret quā
do nos sacrificiū deo offerre volū?
Exo. v. **I**bi m̄? viam triū dierū
in solitudine ad sacrificandum
deo nostro. **S**ecūda vt tumultū
hominū fugere docerz tēpe oracō
om̄is et qm̄ familiaria tūz nostris
tractare vellem? **Tren. iij.** **V**ede
bit solitari? et tacebit q̄ le. se. sup
se. **Ozee. ij.** **A**dducam eam in so
litudinem et loquar ad cor eius.
Tercia causa est vt in loco fiḡz
q̄ solus ip̄e mundi sacrificiū eēt
Ysa. lxiij. **T**orcular calcavi sol?
et de gētib? n̄ ē vir meū: triās tor
rētē: vbi fuit torrētis decursus et
fiḡt viā passiois quā xp̄s tunc
trāscūdo voluit pambulare. p̄s.
De torrētē in viā bibit p̄p̄tea ex
altabit caput et bene dicit torrēs